UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 199. Hujus Conventus articuli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66272

Visual Library

niſi pro defenſione fidei, ſuorum bonorum ac vitæ arma ſumpſiſſe, demum hortantur omnes, ut in eandem cum illis opinionem abirent, adjectis etiam minis adverſus eos, qui præfatis quatuor Articulis refragari auſi fuerint.

Sæcul. XV.
A.C.1421.

§. CXCIX.

Hujus conventus Articuli.

Præter iſtas literas, inſuper die ſeptima Julii ejusdem anni celebre cogebant conciliabulum, quod ipſi ſacram Synodum appellitant. Condiderunt in eo viginti duos articulos, qui eorum complectuntur errores de Sacramento Euchariſtiæ, Ceremoniis Miſſæ, & Clericorum reformatione, docentque, nullam civilem ſeu profanam legem locum habere. In hiſce articulis confeſſionem auricularem non rejiciunt, imo alios nonnullos proferunt, qui doctrinæ & uſui Eccleſiæ haud abſoni eſſe videntur, alios vero terminis ambiguis, atque obſcuris ita involvunt, ut inde ingentes inter eos natæ fuerint diſſenſiones.

Cochl. ibid.

§. CC.

Anglorum exercitus a Delphino profligatus.

Interea Henricus V. Angliæ Rex, poſtquam anno priore ad finem vergente ad

Jav. Urſin. Hiſt. Car. VI